



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita P. Balthassaris Alvarez, Societatis Iesv Religiosi**

**Puente, Luis de la**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

§. 5. de Confeßione & Communione

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43347**

tamen id fieri non debere: nisi magna ac diligenter maturitate, & consilio præmisso. Nec tamen hoc est, quod sancti Officij Decretum damnat; sed aliud quid ab hoc diuersum, quod multis malitiaditum præbet; affectum, inquam, inordinatum quorundam hominum deceptorum, qui, ut liberius tutiusque dominari possint facultatibus, & ipsis personis poenitentibus, eis suadent, aut etiam cogunt, ut statim, atque ipsis contentur, voto quodam se obstringant, nihil festos magni aut parui, etiam ad quod dimino præcepto tenentur, nisi ex ipsis præscriptis. Obedientia. Quamobrem necesse oratione est, post explicari, quanti sit momenti decima quinta regula Sacerdotum, de non admittenda Obedientia poenitentium: licet ea regula facta sit ob alias sanctos, & iustos fines, valde distinctos ab aliis quibus sanctum Officium fuit inductum ad eiusdem decretum constituendum, & promulgandum.

## V.

*De Confessione, & Communione.*

**P**RIMVM, benè obseruandum, ut quando generalis confessio in casu necessitatis fuderetur, id fiat, diligenter attendendo, ne cogatur poenitens huic vel illi Confessario eam facere; & multò minus sibi ipsi: licet meritò debet commendari, ut viro alicui docto, & magnus experientiae fiat. Sed simul declaretur, in quibus suis tantum esset utilis: & in his liberum relatur omnibus, sequi suam deuotionem in ei-



instituenda, aut prætermittenda; huic vel illi Cōfessario facienda; & in quibus sit omnino necef-  
sarium eā facere; & in talibus vrgeat omnino, &  
absque ullo scrupulo, vt eam faciant, cum illa  
tamen cautela, ac discretione, quam diximus.  
Declaretur item, interdum posse esse magis per-  
nicioſam, quām vtilem talem Confessionem ho-  
mini, verbi gratia, scrupuloſo, & qui iam ſemel  
aut ſaipiūs præmiſis cum debita diligentia præ-  
mittendis, iudicio prudentis Confessarij eam fe-  
cifſer,

**D B I N D E** valdē attendendum, quomodo  
ijs, qui conſitentur, persuadeatur, vt Noſtris  
confiteantur. Maximē vero, ne hoc illis ſignifice-  
tur: quod non rectē facient, ſi alijs confitean-  
tur; item noſter Confessarius fit facilis ad per-  
mittendum, vt eius poenitens liberē alteri con-  
fiteatur: quod ſi ille, ipſo non monito, alium  
accederet: oſtendat noſter, id ſibi placere; &  
ita in hoc habeat longanimitatem, & cordis la-  
titudinem, etiamſi prudenter iudicaret, huiuſ-  
modi mutationem ex aliqua poenitentis imbe-  
cillitate ortam eſſe; & ne facilitas hæc poeni-  
tentibus annuendi, vt alteri confiteantur, fit il-  
lis noua: videant ſanctum Concilium Tridenti-  
num ſe 25. cap. 10. & regulam vigefimam noſtro-  
rum Sacerdotum. Et forte hæc ipſa eſt cauſa,  
cur Tridentinum Concilium statuerit, vt etiam  
Religioſis libertas hæc daretur, alijs conſi-  
dialiquoties in anno, quām ordinarijs Confes-  
ſarijs.

**T E R T I O**, danda opera eſt, vt nimius poen-  
tentium ad ſuos Confessarios affectus impedia-

Bb 3 tur,



tur, & è contra: quod si non sufficeret, carandum esset prudenter, ut Confessarius mutaretur, attenta semper personarum qualitate, ceterisque circumstantijs, quemadmodum Regula decimata via monet.

**Q**VARTO, ne Confessarius in eo sit nimius, vt pœnitentes omnia, ipsius iudicio & gubernatione faciant; multoque amplius subterfugient immiscere se ipsorum rerum mutationibus: sed permitrat potius, ipsos res suas gubernare: nec velit, illorum Eleemosynas, ipsius manu diminui multoque minus, si qua esset suspicio, quod earum aliquas in proprios vlos conuerteret.

**Q**VINTO, diligenter aduertant, quibus frequentior communio concedatur: quemadmodum à Patre nostro Generali nominatum est nobis commendatum: Studendo scilicet moderari nimium communicandi affectum; & vi hæc phrasis: *esurie Domini*, diligenter perpendatur, præcipue si de sensibili fame intelligatur quamuis negandum non sit, affectum amoris famelikum hoc desiderium adferre, quod famæ appellari potest: quod & rectum est; & causa communionis, quando & sicut oportet: non verò inordinatè, aut saepius in die: nam talis est illusio.

**S**EXTO: vt in sacra Communione omnes superstitionæ cæremoniæ euitentur, quales solum formas accipere, aut unicam, cum hac aut illa figura; talis, aut talis qualitatibus, præter id, quod est in communi vlo; & claudere oculos, quando sanctissimum Sacramentum sumitur aut in sacro Missæ eleuatur, aut similes alia.

SEPTIMO: ut phrasis illa modusq; loquendi extirpentur, quibus aliquæ vti solent: communica hodiè pro me, quia ego non possum; alio die ego pro te communicabo; offeras pro me hanc communionem, &c. nam ex huiusmodi loquendi modo colligere liceret, tales communicantes ita sentire, & existimare, ut quisque pro altero satisfaciat, etiam in communione, quæ fit ex obligatione; & eos quoad hoc non discernere inter communionem, & sacrificium Missæ: & idem intelligitur de Missæ auditione, si dicatur: audi nūc pro me Sacrum, ego alio die pro te audiam: nam quæ possit dicere: confitere hodie pro me; & ego alio die pro te confitebor. Non tamen propterea impedimus, quo minus alter possit alteri applicare operum suorum satisfactionem, & impenetrationem.

## §. VI.

*De Matrimonio, Castitate, ac Religioneibus.*

PRIMVM, vt moneantur, ne votum Castitatis fœminis consulatur, nec ordinariè ap̄ probetur absque magna cautela, & consideratione: & multò magis attendatur, ne votum non nubendi in sæculo mansuris consulatur. Vident nostri Confessarij Regulam vigesimam tertiam Sacerdotū, & ita nostri de Castitate loquantur, vt non possit ex eorum verbis accipi occasio cogitandi, aut dicendi, reprobari à nobis tāquam malum coniugium.

Deinde, ne cōsulatur, nec ordinariè ap̄ p̄betur,

Bb 4

vt fœ-